



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Similis amori mundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXI.

AMOR DEI,

Similis amorì mundi.

Contentus est Augustinus ; ut amor noster ad Deum sit similis illi , quem habent alij erga mundum. *Quales impetus habebas ad mundum , inquit , habeas ad Artificem mundi , in prafat. quanto studio prius curabas res mundi , tanto tendas servitio Dei. Sed hæc est mera indulgentia* fororum , ac dicere volunt , saltem non minorem Deum esse Creatorem , quàm creaturas , & ex d. ligatur incumbendum obsequio Dei ; quàm prius mundo batur.

Aliàs certè , quantum Creator excedit omnes creaturas , tanto major etiam esse deberet amor illius quàm omnium creaturarum. Quid enim est creatura comparata suo Creatori ? quod unà guttula fontem , atomus unus ad aërem , favilla uno aërem , unum granum arenæ ad terram : & uno unum nihil ad omnia. Quia creatura de se nihil Creator omnia ; omnium enim perfectionem complectitur.

Quod si ita est , scio , quid faciam. Colligam omnem amorem meum , per creaturas dispersum , & cum uno solo Curatore reponam ; & quamvis eas amem , non tamen amabo , nisi propter Deum , & eo modo quo Deus vult ; ut temper amem Deum , vel in se , vel in suis creaturis.

